

De successione nobilium in feudis. Rubrica

Idem.

T de successionibus comitum et baronum et eorum omnium qui pheuda a nobis in capite tenent. Uel ab aliis etiam nulla omnino regulariter in posterum dubietas possit oriri. Dilucida constitutione sanctimus pheuda tenenti filios et nepotes et ex eis pronepotes trinepotes et usque in infinitum ex descendenti linea descendentes cuiuscunque sexus sit libere et absolute possit succedere seruata tamen sexus prerogatiua ut mulieri masculus preferatur . nec non maioris etatis inter eos qui uiuunt in regno specialiter iure fran(corum?)

Titulus “de successionibus” . hec constitutio tractat de successione pheudorum circa quod dic(itur?) quod cum dominus pheudi decedit siue habeat pheudum a curia siue ab alio barone si relinquat descendentes usque ad infinitum succedunt sibi. Ita quod si mixti sunt masculi et femine soli masculi succedunt. Fratres et sorores et semper intelligas masculum excludere feminam si mixta sunt. et maioris etatis preferri si iure francorum vivunt. Et patre excluso de iure communi. secus ut in Auten(tico) “defuncto” C(odice) “dele(..) here(dit..)” Item filius fratri premortui succedit una cum fratre defuncti patruo suo in bonis que fuerunt aui communis scilicet patris defuncti. In aliis autem que aliunde acquisiuit defunctus fratri premortui filius una cum patruo non succedit. sed solus patruus. Sed de iure communi contra C(odice) “del(..) here(..)” auten(tico) “cessante”. sed potest intelligi in pheudalibus ar(...) sumpto a R(ege) . sed littera etiam de non pheudalibus videtur dicere. et immo hoc nota quod multi non perpendunt. credo tamen quod de pheudalibus loquitur quia potuit aliunde acquirere. nam in dubio debemus verbis edicti .i(dest) R(egis) deseruire .ar. ff. (Digesta) d.(?) exerci(..) l(ege) i § ”institutorum” . primum dictum optinet indubitanter de iure lom(barda?) sorores coniugate in pheudo fratribus non succedunt. sed in aliis rebus secus ut C(odice) del(..) l(ege) “lege”. Si vero mortuo fratre de cuius hereditate agitur super sit filius nepotis in nullis bonis succedit patruo suo magno. quod intelligo in pheudalibus .i. nec in illis quas habuit patruus et magnus ex successione sui patris proaui ipsius succedere nolentis. nec aliunde quesitis. sed perueniunt ad fiscum, et si paratus sit tantum dare fisco quantum quilibet extraneus, ipse prefertur extraneo. ar(gumento) Digestorum “de iti. actu quod” pri(ncipio) l(ege) iii § penult. sed si fiscus velit alicui cuicunque ex sua liberalitate concedere nemini faciet iniuriam dum uitur iure suo. Ultimo quod si dominus pheudi relinquat filios in capillo et filias coniugatas, aut coniugate fuerint dotate de bonis paternis aut de maternis, et excluduntur et tunc aut vivebant de iure francorum, et maior succedit in pheudum, sit coniugate vel non, aut iure lon(..) et succed_nt equaliter facta collatione dotis ut est dictum de iure comuni. C(odicis) de coll(..) l(ege) “dotis” et Digestorum ”de coll. do. l(ege) ii per totum.